

Syntagma Theologica Sive Principalis Theologiæ Tractatus

Continet triplicem Tractatum: Primus est de Conscientia. Secundus agit de Merito. Tertius de Reviviscentia meritorum.

Lourenço, Agostinho

Leodici Eburonum, 1692

Sectio XXIX. De Conscientiâ dubiâ circa Extremam-Vnctionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80151](#)

fictionis ignara, illum tanquam haeticum puniat, cum tamen Baptismus fuerit irritus, neque heresis, neque confurax, neque Jurisdictionis Ecclesiae est capax. Ita P. Sanch. P. Pal. & Sayr. cit. Tertio, idem etiam dicendum de eo, qui Baptismum suscepit, sed irritum, aut defectu legitima materiae, aut intentionis Ministrorum, putat tamen se vere baptizatum, & ut talis se gerit, licet enim a fide recedat, neque est haeticus, neque ab Ecclesia punibilis: poterit tamen Ecclesia illum cogere ad verum Baptismum suscipiendum, cum jam ex parte sua illud suspernit. Ita Hugolin. Sayr. P. Henrig. lib. 2. de Baptismo cap. 25. n. 6. P. Sanch. cit. n. 36. P. Pal. cit. n. 20. contra Gabr. Castro, Simancas, & P. Azor. lib. 8. cit. cap. 9. q. 1.

Quartò, aliter dicendum de eo, qui vere Baptismum suscepit, quocumque modo illum receperit, etiamsi per metum, & injuriam illum receperit; si enim a fide recedat, erit haeticus, & ab Ecclesia punibilis; quia vere est intra Ecclesiam & membrum visibile illius, ejusque jurisdictioni subiectus, ut ex cap. Majores. §. Nunc autem vers. Si opponitur de Baptismo, & cap. contra Christianos de Haeret. in 6. probat. P. Pal. tom. 1. tr. 4. d. 3. punct. 2. n. 20. & multis allegatis docet Farinac. de Haeret. q. 178. §. 6. n. 141. & 142.

Quintò, qui baptizatus ab infancia nutritus est inter infideles, aut haeticos, & sic amplectitur eorum infidelitatem, aut heresim, non teneri statim credere, neque haeticum reputandum, donec fidem sibi sufficienter propositam respiciat; siquidem cum sola fides in Baptismo infusa absque aliqua exteriori docentis voce, non fatis sit ad credendum; ignorantia excusabitur à pertinaciâ ad heresim requistâ, donec fidem sibi sufficienter propositam neget. Ita Castro, Simancas, Aragon. quos citat, & sequitur P. Sanch. lib. 2. decal. cap. 1. n. 8. qui num. 6. explicat quando, & quomodo fides dicatur sufficienter proposita, ut quis teneatur credere. Et cap. 7. n. 27. docet hunc ita baptizatum, & ab infancia inter infideles, aut haeticos nutritum, posse ab Ecclesia compelli, ut fidem audiat, & sufficienter sibi propositam amplectatur.

Octavò deducitur, esse verum haeticum, qui sciens aliquid esse ab Ecclesia definitum, non credit, licet dicat, se esse paratum per Ecclesiam corrigit; siquidem non est vere paratus per illam corrigi, qui eius definitionem manifeste repugnat. Similiter dicendum de eo, qui in nondum definitis amplectitur aliquam partem ita tenaciter, ut paratus sit ad illam tuendam, etiam si Ecclesia contrarium definiat; siquidem, licet pars, quam tuerit, non sit haeresis; eò ipsis tamen, quod paratus est resistere Ecclesiae aliter docenti, credit Ecclesiam posse errare, quod est haeticum. Idem dicendum de eo, qui putans aliquid definitum ab Ecclesia, contrarium sentit; siquidem tunc formaliter à fidei ratione recedit, dum credit, definita ab Ecclesia non esse in universum vera. Idem etiam dicendum de eo, qui alicui opinioni tam firmiter tanquam tenenda de fide adhaeret, ut Ecclesia eam non esse de fide declaranti, non sit paratus acquiescere. Ita multis citatis P. Sanch. lib. 2. decal. cap. 7. à n. 28.

SECTIO XXIX.

De Conscientia dubia circa Extremam-Uncionem.

SUPONO primò de fide, Sacramentum Extrémæ-Uncionis esse verum Sacramentum, ut est definitum in Concil. Florent. in Decret. Eugenii IV. & Trid. sess. 14. can. 1. & ex eo docent omnes Patres, & Doctores: fuisseque immediatè institutum à Christo Domino, ut est definitum in Trid. sess. 14. cap. 1. & can. 1. & docent D. Thom. in 4. dist. 22. q. 1. art. 3. Navar. Scot. Sot. P. Henrig. lib. 3. cap. 7. num. 1. P. Soar. d. 39. sect. 1. & 2. P. Egid. q. 71. an. 1. & ab Apostolo Jacobo promulgatum cap. 5. non autem institutum, ut docuerunt Magist. in 4. dist. 22. Hugo. Alexand. D. Bonav. & alii. Fuisse vero institutum Marc. 6. quando Christus Dominus Apostolos suos misit, ut sanarent infirmos ungendo illos oleo; institutum autem Joan. 20. cum dixit: Quorum remiseritis peccata, remittentur eis: docent ex Trid. cit. P. Henrig. cit. P. Soar. cit. P. Reginald. lib. 28. n. 47. P. Laym. lib. 5. cap. 1. tr. 8. n. 2. P. Pal. tom. 4. tr. 26. punct. 1. n. 4. & 5. & aliis.

Suppono secundò, non dari præceptum recipiendi hoc Sacramentum sub onere peccati mortalis, ut docent P. Henrig. P. Filliu. P. Soar. d. 44. sect. 1. P. Hurt. Dian. 2. p. tr. 4. Resol. 170. P. Tolet. P. Laym. P. Pal. cit. punct. 8. n. 1. licet opositionum dicant Petr. Sot. Torreblanca, Major. in 4. dist. 23. art. 3. P. Turrian. & alii. Imò neque peccare venialiter, qui etiam ex negligencia non vult illud recipere, docent P. Soar. cit. & Villalob. tom. 1. tr. 10. dist. 5. Opositionum tamen iudicio probabilius, si nulla justa causa excusat, cum P. Egid. d. 16. n. 30. dub. ult. P. Laym. cit. P. Tolet. P. Baury. q. 10. P. Pal. cit. n. 2. Leand. tom. 1. tr. 4. d. 1. q. 6. & aliis.

Suppono tertio, Parochium, & Praelatum Religionis teneri sub mortali hoc Sacramentum suis subditis administrare, aut per se, aut per alium; ut potè qui ex officio, atque adeò ex iustitia tenentur salutem suorum subditorum consulere. Ita P. Soar. d. 44. sect. 1. P. Henrig. lib. 3. cap. 7. n. 2. P. Filliu. P. Egid. P. Laym. cit. cap. 7. n. 3. Non tamen ad id tenentur cum periculo vite, nempe tempore peccatis; cum non sit Sacramentum necessitatis, ut docent P. Soar. cit. sect. 3. n. 30. P. Filliu. Navar. Dian. 5. p. tr. 3. Resol. 83. & 93. P. Pal. & alii. Quid etiam admittunt P. Egid. cit. n. 31. P. Dicastillo. Leand. cit. q. 8. nisi infirmus absque ullo Sacramento moreretur, & timeretur ejus damnatio eterna. Non tamen sub mortali tenetur illud administrare simplex Sacerdos tempore necessitatis, etiam si licet, & facilè possit; (tenebitur vero sub veniali ex lege charitatis,) nisi infirmus illo extremè indigeret ad salutem, prout proximè diximus. Ita P. Laym lib. 5. tract. 8. cap. 7. n. 3. Dian. 2. p. tr. 4. Resol. 170. Leand. cit. q. 9. & alii.

Suppono quartò, materiam remotam hujus Sacramenti esse oleum olivarum, ut est definitum de fide in Concil. Florent. & Trid. sess. 14. cap. 1. & 3. debereque tale oleum benedicti ab Episcopo, cuius benedictio est de necessitate Sacramenti, itaut neque ex commissione Pontificis possit simplex Sacerdos illud benedicere. Non tamen est de necessitate Sacramenti, licet sit de necessitate præcepti, quod sit ab Episcopo benedictum benedictione conlucta Ecclesiae: non vero est necessarium necessitate Sacramenti, aut præcepti, quod sit co-

anno benedictum. Neque erit invalidum Sacramentum, si in necessitate, aut per errorem Sacerdos ungat infirmum Chrismate, aut alio oleo praeter oleum infirmorum, dummodo sit ab Episcopo benedictum. Similiter erit validum Sacramentum, etiamsi administretur oleo olivarum benedicto ab Episcopo, cui admisceatur liquor aliis, dummodo oleum conservere suam naturam, & benedictionem. Unde Parochus licet potest miscere oleum consecratum cum non consecrato, si timeat, quod consecratum non sufficiat: ita tamen ut non consecratum additum sit in minori quantitate; alioquin nullum manebit jam consecratum, neque materia sufficiens hujus Sacramenti. Ita pluribus citatis Leand. tom. i. tr. 4. d. 2. à q. 1. usque ad q. 11.

539. Suppono quintò, materiam proximam hujus Sacramenti esse unctionem oleo factam, ad quam sufficit una gutta olei in unaquaque unctione: neque esse de necessitate Sacramenti, aut præcepti, quod unctiones fiant in formam Crucis: habere tamen formam determinatam juru Divino; esseque de necessitate Sacramenti, quod modo deprecatio proferatur sic: *Per istam sanctam Unctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeatibi Deus quidquid deliqueristi per visum, vel auditum, &c. Amen.* N. q; Sacramentum fore invalidum, si verba illa: *Et suam piissimam misericordiam:* omittantur; licet illa scienter omittens peccet mortaliter, ut docent P. Soar. P. Filliu. P. Egid. & alii.

540. Suppono sexto, solum Sacerdotem esse proprium Ministrum hujus Sacramenti: & quemlibet posse validè, solum verò Parochum, aut alium de illius licentia, licet illud administrare: in necessitate autem, absente Parocho, & in modo & illo præsente, & nolente illud administrare, nec licentiam dare, posse, illo invito, & repugnante, quemlibet Sacerdotem, etiam Religiosum validè, & licet illud conferre. Non tamen potest Parochus nominatum excommunicatus, aut suspensus dare licentiam alteri Sacerdoti, ut minister hoc Sacramentum, ut docet P. Soar. de Censur. d. 14. sett. 1. n. 7. licet oppositum teneant P. Filliu. P. Henrig. & alii. Neque etiam in necessitate licet illud conferre, ut docet idem P. Soar. tom. 4. d. 44. sett. 3. num. 6. nisi casu, quo infirmus non possit aliud Sacramentum suscipere, ut cum Palud. Dian. 5. p. tr. 2. resol. 89. & aliis docet Leand. tom. i. tr. 4. d. 4. q. 6.

541. Suppono septimò, hoc Sacramentum posse licet, & validè à pluribus Sacerdotibus conferri, ut docent P. Soar. P. Henrig. P. Filliu. qui etiam docent, debere Sacerdotem Sacramentum perficere, si alius morte præventus, aut ob aliam causam, non perficiat: peccareque mortaliter Parochum, qui ad conferendum hoc Sacramentum consultò expectat tempus, quo infirmus sensu, & usu rationis caret, aut quo constet, non posse naturaliter vivere: debereque illud post viaticum conferre, nisi aliqui causa aliqua subsit. Ita pluribus citatis Leand. tom. i. trac. 4. d. 4. à quest. 7. qui etiam cum aliis docet, posse illud conferre, etiam extra casum necessitatis, sibimet respondendo: non tamen illud iterare in eadem infirmitate, etiam diurna, nisi ejus status mutetur: & mortaliter peccare, si absque urgente necessitate illud administretur, prætermis præcedentibus precibus ante ipsum ab Ecclesi præscriptis: validè tamen, in modo & licet, si urgente necessitate, unicum tantum sensum inungat, proferendo tamen formam confuetam proferri ad omnes sensus: erit verò invalidum, si in alia parte corporis, quam in consuetis administretur; quia non administraretur per formam huic Sacra-

mento assignata.

Suppono octavò, subiectum hujus Sacramenti esse omnem hominem fidem de vita periclitatem, sive sit vir, sive foemina, dummodo non sint infantes ante usum rationis: maximè verò, si annos discretionis attigerit, licet non sint capaces recipiendi Eucharistiam, ut docent Navar. P. Bellarm. Major. P. Laym. P. Valent. P. Lugo quos citat, & sequitur Leand. tom. i. trac. 4. d. 3. quest. 4. quatenus id intelligit, dummodo habuerit peccatum aquale, quatenus afferit, qui nunquam peccavit aqualiter, ut non peccavit Virgo Sanctissima, neque amentes, & furiosi perpetuò, non esse capaces hujus Sacramenti: licet oppositum ut probabilius de non habentibus peccatum aquale; consequenterò de Virgine Sanctissimā teneant P. Henrig. P. Soar. P. Filliu. D. Antonin. P. Reginal. & plures alii apud ipsum loco cit. quest. 5. & 7. His suppositis.

Dificultas 1. sit: Utrum hoc Sacramentum possit dari pueris, de quibus dubitatur, an habeat usum rationis? Affirmative, dummodo sub conditione administretur, nempe: *Sic capax es. Ita Joan Sanch. in select. d. 27. num. 17. Diana 3. part. resol. 169. 17. 4. Leand. tom. i. trac. 4. d. 3. quest. 3. P. Dicastil. tr. 7. d. 1. dub. 10. num. 142.* Probatur, quia in hujusmodi administratione nulla sit injuria Sacramento, & potest alias maximum lucrum puero evenire; ergo potest, in modo debet illi administrari; siquidem negotia, prætermis salutis, in quibus nihil amittendum timetur, & lucrum speratur, audacter tractanda sunt.

Dificultas 2. Utrum ille, de quo dubitatur, an sit mortuus, possit, & debeat, saltu sub conditione inungi? Affirmative. Ita Victor. Armil. Vivald. Bonac. P. Sa. P. Soar. tom. 4. in 3. part. d. 42. sett. 1. P. Reginal. lib. 28. num. 63. Leand. tom. i. trac. 4. d. 3. quest. 16. Probatur, quia prout sic nulla sit injuria Sacramento; & magnum lucrum potest spectari ex tali administratione; siquidem, licet hoc Sacramentum non sit de necessitate præcepti, ut supra diximus num. 636. potest contingere, quod homo sit in peccato mortali, quod per illud Sacramentum, supposita attritione, quæ ad illud suscipiendum sufficit, ut docet P. Soar. cit. d. 41. sett. 1. P. Henrig. cap. 10. num. 1. remittatur, & posse remitti, gratiamque conferri homini dispositio, habetur in Trid. sett. 7. can. 6. & sett. 14. cap. 2. & can. 2. ergo &c.

Dificultas 3. Utrum quando nec Parochus, nec Medicus possint efformare judicium probabile de periculo vitae, sed tantum habent dubium negativum, possit hoc Sacramentum tali infirmo administrari? Negative. Ita P. Laym. tr. 8. cap. 4. ad finem. P. Pal. trac. 25. d. unica, punct. 6. num. 13. & alii: Probatur primò, quia hoc Sacramentum non est necessitatis; ergo non est cur administretur homini infirmo, de quo dubitatur, an sit in periculo; aliqui deberet sub conditione administrari, in quo videtur aliqua injuria interrogari Sacramento; ergo poterit expectari tempus, in quo Medicus possit efformare judicium, & opinionem probabilem de periculo.

Probatur secundò, quia Sacramentum non potest ministrari ei, quem satem sub opinione probabili non confiterit, esse illius fructus capacem; sed illius fructus non est capax ille, de cuius periculo vita ita dubitatur, ut ex Concil. Florent. statim citand. docent P. Soar. d. 42. sett. 2. P. Henrig. P. Lessius in 3. part. cap. 4. de Extr. Unctione. P. Reginal. & alii; ergo &c.

Probatur tertio, quia est præceptum, ne hoc Sacramentum

eramentum aliis administratur, quam vitâ periclitantibus, ut constat ex Concil. Florent. dicente: *Hoc Sacramentum, nisi infirmis, de quorum morte timetur, dari non debet.* Et ex Trid. sess. 14. cap. 3. Declarat etiam esse hanc unctionem infirmis (utique vita periclitantibus,) adhibendam, sed hujus pracepti transgressioni exponitur, qui infirmo sicut tantum habenti dubium de vita periculum hujusmodi Sacramentum confort, ergo &c. Attamen:

Quæres hic primo: Utrum hoc vitæ periculum requiratur, non solum ad licitam, sed etiam ad validam administrationem hujus Sacramenti? Affirmative. Ita P. Henr. lib. 3. cap. II. num. 1. l. B. P. Soar. tomo 4. in 3. part. d. 42. l. 2. num. 4. & 5. P. Granad. in 3. part. contror. 8. tract. unico. d. 6. n. 2. P. Pal. tomo 4. tract. 25. d. unica, pun. 6. num. 1. Caspens. tomo 2. tract. 27. d. 4. l. 2. num. 12. P. Amicus tomo 8. d. 19. l. 10. n. 186. Diana part. 9. tract. 6. resol. 45. P. Laym. tract. 8. cap. 4. P. Reginald. lib. 18. num. 67. Bonac. d. 7. de Undione, quest. unicâ, pun. 5. n. 5. P. Lef. cit. Leand. tomo I. tr. 4. d. 3. q. 11. & alii. Probatur primò ex Trid. sess. 14. in Prœvio hujus Sacramenti, afferente institutum esse à Christo Domino, ut finem nostræ vitæ, tanquam firmissimo quodam præsidio, muniret adversari diaboli insidias; ergo supponit non aliis, quam iis, qui in fine vitæ esse creduntur, ministrandum esse. Confirmatur, quia hoc Sacramentum ex eodem Concil. Trid. cit. dicitur totius vitæ Christianæ consummativum, ergo supponit solum ad vitæ consummationem ministrandum.

Probatur secundò, quia si quilibet infirmus esset subjectum capax hujus Sacramenti, eiq; validè ministrari posset, nulla daretur ratio sufficiens, cur Ecclesia solis infirmis vitâ periclitantibus hoc Sacramentum concederet, & aliis denegaret; injuncte enim viderentur privari tanto beneficio, & Sacramenti fructu, quo ex institutione Christi capaces existentes; ergo &c.

Probatur tertio ex illo Jacob. 5. 14. *Infirmatur quis in vobis?* Inducat Presbyteros Ecclesiæ &c. ubi videtur exigere infirmitatem, in qua sit periculum vitæ, & sit necessarium recurrere ad remedium supernaturale Sacramenti; alioquin si morbus esset levius juberet recurrere ad remedia naturalia Medicorum, & non ad supernaturalia, quasi ad ultimum remedium: ergo &c.

Oppositum tenet Armacan. lib. 9. de qq. Armenor. in finalib. Fabrus super Dionys. de Hierar. Eccl. cap. 7. P. Egid. d. 19. de Sacram. dub. 7. n. 25. & probabile dicunt P. Soar. P. Pal. P. Quintanad. tomo I. tract. 5. singul. 2. n. 5. P. Lef. & alii lupracit. Objicies t. D. Jacob. loco cit. solum exigit infirmitatem: *Infirmatur quis in vobis?* qui periculi mortis mentionem faciat; ergo &c. Respondeo, licet non expressiter infirmitatis qualitatem, satis illam insinuasse, dum jubet Presbyteros inducere, ut diximus: & ita hunc locum interpretatur usus, & praxis Ecclesiæ, dum non permittit aliis infirmis, quam vitâ periclitantibus, hoc Sacramentum ministriari.

Objicies 2. Ex Trid. sess. 14. cap. 3. afferente, hoc Sacramentum ministrandum esse infirmis: *Illi præfertim, ait, qui tam periculose decumbunt, ut in exitu vita & constituti videantur;* ubi verbum: *præfertim:* videtur indicare etiam aliis, qui in exitu vita non sunt constituti, adhibendam esse unctionem. Et Concil. Florent. dicente: *Hoc Sacramentum, nisi infirmis, dari non debet:* ubi verbum: *debet:* ad licitum usum, non autem ad valorem. Sacramenti videtur spectare; alioquin non verbo: *debet,* sed: *posse:* uteretur; ergo &c. Resp. ex verbo: *præfertim:* non indicari;

quibusvis infirmis Unctionem ministrari posse; alioquin superfluum esset addere: *ut in exitu vita constituti videantur.* Ad Concil. Florent. dicimus: Primò, usum suffit verbo: *debet:* ut contraria sententiae aliquam probabilitatem relinqueret. Secundò, Concil. addens: *de quorum morte timetur:* satis indicasse solis extremè periclitantibus ministrandum esse hoc Sacramentum.

Objicies 3. Si ad valorem hujus Sacramenti requireretur periculum mortis, lequeretur: Primo, cum hujusmodi periculum sit incertum, sèpè hoc Sacramentum invalidè conferri. Secundò, non debeat unquam ministrari absolute, sed sub conditione aut expectandum, donec periculum sit certum; ac proinde quando infirmus animam jam agat; sed haec non sunt admittenda; contrarium enim supra diximus; ergo &c. Respondeo primò negando utramque sequelam: licet enim hoc Sacramentum non sit ministrandum, nisi cum de periculo vitæ constititerit, satis erit, quod de illo moraliter constet; siquidem tunc Sacramentum non erit invalidum, etiam si periculum forte absit, nam cum Christus Dominus hujus Sacramenti ministracionem reliquerit hominibus faciendam; credendum est, sic eam reliquisse, ut quoties prudenter judicaverint infirmum periculo vitæ laborare, possint eam conferre. Ita P. Sal. cit. n. 16.

Respondeo secundò, data primâ sequelâ quoad aliquos casus, negando secundam; dicimus enim cum P. Bard. §. 3. si Medicus ex variis indicis satis prudenter, & probabiliter judicet, Petrum v. g. esse in periculo vitæ, cum tamen revera non sit coram Deo, & ungatur, non fieri validum Sacramentum; siquidem ad hoc requiritur, quod infirmus sit subiectum capax, qualis est solus infirmus in vero periculo constitutus; hoc autem non ponit illa probabilitas Medicis presumpta; sicut neque bona fides, quâ fretus Parochus illum ungit; hæc enim bona fides solum illum liberabit à peccato, & ex illâ probabilitate habet sufficiens fundamentum ad hoc, ut tale Sacramentum possit absolutè, & sine ullâ conditione licite administrare: nunquam tamen validè, si revera coram Deo non adsit vitæ periculum.

Hinc afferunt P. Quintanad. tomo I. tract. 5. singular. 2. num. 2. P. Amicus tomo 8. d. 19. l. 10. n. 186. & cum illis Diana 9. p. tract. 6. resol. 45. si infirmus in morbo non periculoso unctus sacro Oleo, potestea incidat in infirmitatem periculosam, esse ei de novo hujusmodi Sacramentum ministrandum; siquidem (ait P. Amicus,) ut supra ex Concilii ostendimus, hoc Sacramentum collatum infirmo gravi, ac periculo morbo non laboranti, est invalidum.

Quæres secundò: Utrum sufficiat quodlibet periculum vitæ, ut hoc Sacramentum licite, & validè administrari possit? Negativè. Probatur, quia ex D. Jacob. 5. 14. ex Concil. Florent. & Trid. cit. solum laborantibus gravi infirmitate, & vitæ periculosâ præcipit administrari hoc Sacramentum, ut ex dictis constat; ergo &c.

Hinc deducitur primò, hujusmodi Sacramentum non esse ministrandum sanis: statim suspendidis, aut decapitandis: navigaturis, aut pugnaturis in bello: scemini paritris, & similibus; siquidem tales non dicuntur laborare periculo vitæ ex infirmitate, & defectu naturæ, sed fortunæ, & ab extrinseco. Secundò, ministrandum esse hoc Sacramentum licite, & validè scemini in partu defientibus: Senibus, qui absque alia infirmitate senio ipso consumuntur; siquidem senectus ipsa est mors; & mors ibi ex defectu naturæ provenit: lethæliter vulneratis: peste percussis; mortuо viperarum

Iesu: morte repentina preventis, absque confessione, & lensibus destitutis inventis, saltē sub conditione: Si capax es: & similibus; siquidem reverā omnes isti sunt infirmi, & vita periculo laborant. Ita pluribus citatis Leand. tom. 1. tr. 4. d. 3. à q. 9.

SECTIO XXX.

De Conscientia dubia circa Sacramentum Ordinis.

658.



UPPONO primò, Ordinem, sive Ordinationem esse verum Sacramentum à Christo Domino institutum, ut est definitum in cap. Ad abolendam de Haret. in Concil. Romano sub Sylvest. cap. 3. & can. 1. Florent. Chartag. 4. Laodicen. Chalcedon. & Trid. ieff. 23. can. 2. & 3. Si quis dixerit, inquit, Ordinem, sive sacram Ordinationem, non esse vere, & proprie Sacramentum à Christo Domino institutum, Anathema sit. Et ex iisdem constat, hujusmodi ordines esse ad minus septem, nempe quatuor minores, & non sacros, Ostiariatum scilicet, Exorcistatum, Lectoratum, & Acholylatum: & tres majores, & sacros, nempe Subdiaconatum, Diaconatum, & Presbyteratum. Utrum autem omnes sint veri Ecclesia Ordines, & Sacraenta? Negant aliqui: affirmant verò alii. De hoc tamen alibi: sicut etiam: An Episcopatus sit verus Ordo, & Sacramentum, & à Sacerdotio, undequaque distinetum? Hoc enim priores negant: plures verò affirmant, ut videre est apud Leand. tom. 2. tract. 6. d. 1. q. 10.

659.

Suppono secundò, Subdiaconum, & Diaconum solemniter in mortali ministrantes, licet sic frequenter tales functiones exerceant, solum venialiter peccare, ut docent Sot. P. Vasq. d. 136. cap. 4. P. Valent. tom. 4. d. 9. q. 1. punct. 4. P. Egid. q. 64. art. 6. dub. 1. n. 38. Dian. 3. p. tract. 4. resol. 195. licet peccare mortaliter, si frequenter in mortali ministrant, doceant. Sylv. Angel. Armil. P. Filliu. tom. 1. tr. 1. n. 87. P. Soar. tom. 3. in 3. p. d. 16. sct. 3. & alii. Et hoc idem affirmant de Episcopo consecrante in mortali Christina, aut Olearum infirmorum benediciente, Ledesim. Medin. Gabr. Sylvius. P. Henrig. lib. 10. cap. 13. n. 5. P. Lugo d. 8. de Sacram. sct. 9. n. 156. Melius tamen dicunt, solum venialiter peccare P. Egid. P. Soar. d. 10. sct. 3. P. Granad. P. Vasq. P. Tanner. P. Preposit. P. Micerat. & cum illis Dian. 3. p. tr. 6. resol. 67. & 5. p. tr. 13. resol. 7.

660.

Suppono tertio, materiam proximam Episcopatus esse solam impositionem manuum trium Episcoporum: solumque de jure Ecclesiastico requiri, quod sint tres, ut ex Concil. Nicæn. 1. cap. 4. Carthag. 2. can. 12. & Tolet. 4. cap. 19, docent Doctores P. Henrig. P. Sanch. tom. 2. Confil. lib. 7. cap. 1. dub. 15. n. 16. & alii. Quamvis id esse de jure divino affirmit. Gloss. in cap. Nec Episcopi. de Temp. Ordin. Baron. Philibert. Caiet. 3. p. q. 67. art. 6. Sot. Ochagavia, & alii.

661.

Suppono quartò, materiam proximam Presbyteratus in Ecclesia Latinâ totalem, & adæquatam, esse traditionem calicis cum vino, patenæ cum hostia & impositionem manuum Episcopi super caput ordinandi, ut docent ex Concil. Florent. Carthag. & Trid. ieff. 14. cap. 3. Scot. P. Vasq. d. 239. cap. 3. P. Bellarm. lib. 1. de Ordin. cap. 9. P. Laym. tr. 9. cap. 5. n. 2. P. Granad. P. Filliu. P. Soar. tom. 5. in 3. p. d. 42. sct. 4. P. Pal. tomo 4. tr. 27. punct. 4. n. 7. & alii. Aut solam traditionem Patenæ cum pane, & Calicis cum vino, ut tenent Richard. Capreol. Major. Sot.

Sylvest. Vival. P. Valent. tom. 4. d. 9. q. 1. pun. 5. Bonac. d. 8. q. unica, punct. 4. num. 2. & alii. Aut solam manuum impositionem, ut affirmat D. Bonay. in 4. diff. 24. p. 2. art. 1. q. 4.

Suppono quintò, idque cum probabiliori sententia, traditionem utriusque speciei, nempe patenæ cum hostia, & calicis cum vino esse de substantia Ordinationis Sacerdotalis in Ecclesia Latina. Ita ex Concil. Florent. in Infraktion. Armenor. docent P. Granad. tom. 1. de Ordin. d. 3. n. 12. Richard. Durand. Sot. Sylv. Ledesim. P. Valent. P. Turrian. P. Hurt. tr. de ordin. diff. 11. Dian. 4. p. tr. 4. Resol. 119. Leand. tom. 2. tr. 6. d. 3. q. 8. Quamvis oppositum teneant P. Henrig. lib. 10. cap. 6. Bonac. P. Filliu. Tabien. Armil. Pefant Dian. 3. p. tr. 4. resol. 86 Suppl. & alii. Similiter, probabilius esse, require nec essariò necessitate Sacramenti, quod ordinandus tangat physicè rem, sive materiam, cuius tradizione confertur Ordo, & imprimitur character. Ita D. Thom. Palud. Sot. Sylv. P. Valent. cit. P. Sanch. lib. 7. Confil. cap. 1. dub. 2. P. Pal. cit. punct. 4. n. 22. Leand. cit. q. 22. & plures alii apud ipsum. Quamvis oppositum doceant Albert. Caiet. Armil. P. Vasq. d. 246. n. 19. P. Henrig. lib. 10. cap. 10. num. 1. P. Laym. lib. 5. tr. 9. cap. 5. n. 4. P. Hurt. diff. 15. Dian. 2. p. tract. 2. Resol. 3. & 3. p. tract. 4. Resol. 185. & alii. His suppositis.

Difficultas 1. sit: Utrum ordinatus certò sciens, se moraliter tantum tetigisse materiam Ordinis suscepit: aut dubitans, an illam physicè tetigerit, sit iterum ordinandus? Advertes primò, esse peccatum grave, si tactus alicuius materiae omittatur; si quidem est contra primum Ecclesia in re gravi, contra illius præceptum, & adeo periculum invalidæ Ordinationis. A quo tamen peccato aliqui liberant eum, qui mediatè materiam tangeret, ut si Calicem continentem patenam tangat, quatenus dicunt, tangere immediate patenam, & hostiam non esse de necessitate Sacramenti, ut docent P. Valent. P. Vasq. P. Hurt. P. Granad. Dian. p. 10. tract. 13. Resol. 50. & 88. & cum illis Leand. tom. 2. tract. 6. q. 25. Neque esse de necessitate præcepti, ut tenent Sylv. verb. Ordo 2. q. 5. dict. 4. Angel. verb. Ordo 1. n. 10. Melius tamen dicendum esse saltem de necessitate præcepti, ut tenent P. Vasq. P. Egid. P. Hurt. Dian. & Leand. cit. saltem quoad tactum immediatum Calicis, & patenæ; sicque libera omissione talis contactus esset peccatum grave, ut cum P. Egid. d. 20. dub. 7. conclus. 6. docet P. Pal. tr. 27. d. unica, punct. 4. n. 20.

Advertes secundò, opus non esse tangere Hostiam immediate. Primò, quia hujusmodi contactus hostia in Rituale Romano non præscribitur. Secundò, quia vinum in Calice contentum immediate non attingitur; & tamen ejus contactus æquè ac contactus hostia deberet esse necessarius; ergo &c. Ita P. Vasq. P. Egid. cit. P. Valent. d. 9. q. 1. punct. 5. ad finem. Bonac. d. 8. q. unica, punct. 3. n. 11. P. Pal. cit. Leand. cit. q. 26.

Advertes tertio, non requiri materia contactum simul eodem puncto, quo verba ab Episcopo proferuntur, sed satis esse, quod moraliter conjungantur. Ita P. Sa. verb. Ordo. Bonac. cit. n. 22. P. Henrig. lib. 10. cap. 10. n. 1. P. Laym. tr. 9. cap. 5. num. 3. P. Pal. cit. n. 20. Leand. cit. q. 23. Philib. tract. 1. p. cap. 16. n. 16. addens contra Caiet. Hinc fit, inquit, non esse omnino improbandam illocutum Episcoporum consuetudinem, quidquid eos acriter Caietus reprehendat, qui multos eodem Ordine iniciatiuri, ne nimium Ordinatio differatur, verba formæ in numero plurali: Accipite potestatem, &c. simul pro-